

LIBER DECIMUS.

Cap. 1.

S n h a l t.

Zertheilung des Reiches unter Constantius und Galerius.

His igitur abeuntibus ab administratione reipublicae, Constantius et Galerius Augusti creati sunt: divisusque inter eos ita Romanus orbis, ut Galliam, Italiam, Africam Constantius; Illyricum, Asiam, Orientem Galerius obtineret sumtis duobus Caesaribus. ¹. Constantius tamen, contentus dignitate Augusti, Italiae atque Africae administrandae sollicitudinem recusavit ²: vir egregius et praestantissimae civilitatis, divitiis provincialium ac privatorum studens ³, fisci commoda non admodum affectans ⁴, dicensque, *melius publicas opes a privatis haberi, quam intra unum claustrum reservari*. Adeo autem cultus modici, ut feriatis diebus ⁵, si cum amicis numerosioribus esset epulandum, privatorum ei argento, ostiatim petito ⁶, triclinia sternerentur. ⁷. Hic

1. Nachdem sie zwei Reichsgehülften angenommen hatten.
2. Sollicitudinem recusare, die Sorge ablehnen.
3. Studere divitiis privatorum, Privatleute zu bereichern suchen.
4. Commoda fisci non admodum affectare, für den Vortheil der Schatzkammer nicht sehr sorgen.
5. Feriati dies, Feiertage.
6. Quod ostiatim petatum erat, welches von Haus zu Haus war zusammengehohlet worden. Argentum ist hier für vasa argentea
7. Triclinia sternere, die Tafel decken.

non modo amabilis, sed etiam venerabilis Gallis fuit, praecipue quod Diocletiani suspectam prudentiam ⁸, et Maximiani sanguinariam temeritatem ⁹ imperio eius evaserant ¹⁰. Obiit in Britannia Eborāci, principatus anno tertio decimo, atque inter divos relatus est.

8. Suspecta prudentia, die verdächtige Schlaueheit.

9. Sanguinaria temeritas, die blutgierige Unbesonnenheit.

10. Evaserant, sie waren entgogen. Evadere auf diese Art zu konstruiren, ist ein wenig hart.

Cap. 2.

I n h a l t.

Constantinus wird in Britannien zum Kaiser ernannt. Magentius der Sohn des Herkulus zu Rom.

Galerius vir et probe moratus ¹, et egregius in re militari, quum Italiam quoque, sinente Constantio, administrationi suae accessisse sentiret, Caesares duos creavit, Maximinum, quem Orienti praefecit, et Severum, cui Italiam dedit: ipse in Illyrico commoratus est. Verum, Constantio mortuo, Constantinus, ex obscuriori matrimonio eius filius, in Britannia creatus est imperator, et in locum patris exoptatissimus moderator accessit. ³ Romae interea praetoriani ⁴, excitato tumultu, Maxentium, Herculi filium, qui haud procul ab urbe in villa publica morabatur, Augustum nuncupaverunt. Quo nuntio Maximianus Herculus ad spem arrec-

1. Probe moratus, edelgesinnt.

2. Filius ex obscuriori matrimonio, ein Sohn mit einer Gemahlinn von etwas niederer Herkunft.

3. Exoptatissimus moderator, ein höchst erwünschter Regent. — Accedere (succedere) in locum patris, an die Stelle des Vaters kommen.

4. Praetoriani, die Soldaten von der Leibwache.

tus ⁵ resumendi fastigii, quae invitus amiserat, Romam advolavit ⁶ e Lucania, quam sedem privatus elegerat, in agris amoenissimis consenesens; Diocletianumque etiam per literas adhoratus est, ut depositam resumeret potestatem; quas ille irritas habuit. 7. Sed adversum motum praetorianorum atque Maxentii Severus Caesar, Romam missus a Galerio, cum exercitu venit; obsidensque urbem, militum suorum scelere desertus est.

5. Ad spem arrigi, die Hoffnung fassen.

6. Advolare, herbei eilen.

7. Irritus, vergeblich, ohne Nutzen. Litteras irritas habere, auf den Brief keine Rücksicht nehmen.

Cap. 3.

Inhalt.

Herculius kommt um.

Auctae Maxentio opes ¹ confirmatumque imperium. Severus fugiens Ravennae interfectus est. Herculius tamen Maximianus, post haec in concione exercitus filium Maxentium nudare conatus ², seditionem et convicia militum tulit. 3. Inde ad Gallias profectus est, dolo composito ⁴, tanquam a filio esset expulsus, ut Constantino genero iungeretur; moliens tamen Constantinum, reperia occasione, interficere, qui in Gallis et militum et provincialium ingenti iam favore regnabat, caesis Erancis atque Alemannis, captisque eorum regibus, quos etiam bestiis, quum magnificentum spectaculum muneris paras-

1. Opes augere alicuius, die Macht von einem verstärken.

2. Nudare, er wollte ihm den Purpur rauben.

3. Convitia ferre, Schimpfreden ertragen müssen.

4. Dolo composito, unter dem listigen Vorwande.

set⁵; obiecit. Detectis igitur insidiis per Faustam filiam, quae dolum viro nuntiaverat, profugit Hercules, Massiliaeque⁶ oppressus (ex ea etenim navigare ad filium praeparabat) poenas dedit iustissimo exitu; vir ad omnem asperitatem saevitiamque proclivus, infidus, incommodus⁷, civilitatis penitus expers.⁸

5. Magnificum spectaculum muneris parare, ein prächtiges Schauspiel anstellen.

6. Das heutige Marseille.

7. Incommodus, widersinnig.

8. Civilitatis expers, ohne alles Menschengefühl.

Cap. 4.

I n h a l t.

Licinius wird nach dem Galerius Kaiser. Und nun sind 4 Kaiser.

Per hoc tempus a Galerio Licinius imperator est factus, Dacia oriundus, notus ei antiqua consuetudine¹, et in bello, quod adversus Narseum gesserat, strenuis laboribus et officiis acceptus²: mors Galerii confestim secuta est. Itaque respublica tunc a novis quatuor imperatoribus tenebatur, Constantio et Maxentio, filiis Augustorum, Licinio et Maximino, novis hominibus.³ Quinto tamen Constantinus imperii sui anno bellum adversum Maxentium civile commovit; copias eius multis proeliis fudit: ipsum postremo Romae adversum nobiles omnibus exitiis saevientem⁴, apud pontem Mulvium vi-

1. Antiqua consuetudine mihi notus est, er ist mir aus einem langen Umgange bekannt.

2. Acceptus strenuis laboribus et officiis, wegen bewiesener Tapferkeit und Unverdrossenheit beliebt.

3. Novi homines, aus gemeinen Familien.

4. Omnibus exitiis saevire adversum nobiles, an dem Adel alle Arten von Grausamkeit verüben.

ait, Italiaque est potitus. Non multo deinceps in Oriente quoque adversus Licinium Maximinus res novas molitus, vicinum exitium ⁵ fortuita apud Tarsum ⁶ morte praevēnit.

5. Vicinum existium, der nahe Untergang.

6. Tarsus, die Hauptstadt von ganz Cilicien, der Geburtsort des Apostel Paulus. Heut zu Tage Tarsö.

Cap. 5.

Inhalt.

Konstantinus bekriegt den Licinius.

Constantinus tamen, vir ingens ¹, et omnia efficere nitens, quae animo praeparasset, simul principatum totius orbis affectans, Licinio bellum intulit, quamvis necessitudo ² et affinitas cum eo esset: nam soror Constantia nupta Licinio erat; ac primo eum in Pannonia secunda, ingenti apparatu bellum apud Cibala ³ instruente, repentinus oppressit, omnique Dardania, Moesia, Macedonia potitus, numerosas provincias occupavit.

1. Vir ingens, ein außerordentlicher Mann.

2. Necessitudo mihi est cum eo, ich stehe mit ihm in enger Freundschaft.

3. Eine Stadt in Pannonien.

Cap. 6.

Inhalt.

Licinius wird umgebracht.

Varia deinceps inter eos bella, et pax reconciliata ruptaque est. Postremo Licinius navali et terrestri proelio

victus, apud Nicomediam se dedit, et contra religionem sacramenti ¹ Thessalonicae ² privatus occissus est. Eo tempore res Romana sub uno Augusto et tribus Caesaribus (quod nunquam alias) fuit, quum liberi Constantini Galliae, Orienti Italiaeque praessent. Verum insolentia rerum secundarum ³ aliquantum Constantinum ex illa favorabili animi docilitate ⁴ mutavit. Primum necessitudines persecutus ⁵, filium suum, egregium virum, et sororis filium, commodae indolis iuvenem ⁶, interfecit, mox uxorem; post numerosos amicos.

1. Contra religionem sacramenti, gegen die Heiligkeit des Eides.
2. Sonst Therma genannt an der Thermaischen Bay; heißt auch jetzt noch Salonika, und der daran stossende Meerbusen Golfo di Salonichi.
3. Insolentia rerum secundarum, der Übermuth bei glücklichen Ereignissen.
4. Docilitas, die Gelehrigkeit, daher die Kunst, sich in Andre zu finden wissen, die Nachgiebigkeit, Sanftmuth. Favorabilis animi docilitas, die empfehlende Herzengüte.
5. Necessitudines persequi, die Unverwandten verfolgen.
6. Commodae indolis iuvenis, ein Jüngling von gefälligem Betragen.

Cap. 7.

Inhalt.

Charakter des Konstantinus.

Vir primo imperii tempore optimis principibus, ultimo mediis comparandus. ¹. Innumerae in eo animi corporisque virtutes claruerunt ². Militaris gloriae appeten-

1. Ultimo nemlich tempore imperii (principibus) comparandus, der zu den mittelmäßigen gehörte.
2. Clarescere, sich auszeichnen durch etwas.

tissimus ⁵, fortuna in bellis prospera fuit, verum ita, ut non superaret industriam. 4. Nam etiam Gothos, post civile bellum, varie profligavit, pace ad postremum data; ingentemque apud barbaras gentes memoriae gratiam collocavit. 5. Civilibus artibus et studiis liberalibus deditus ⁶, affectator iusti amoris ⁷, quem omni sibi et liberalitate et docilitate quaesivit; sicut in nonnullos amicos dubius ⁸, ita in reliquos egregius; nihil occasionum ⁹ praetermittens, quo opulentiores eos clarioresque praestaret.

3. Appetens gloriae militaris, begierig nach Kriegsrühm.

4. Doch so, daß es mit seiner Thätigkeit im Verhältnisse stand; daß es nicht größer war, als seine Geschicklichkeit.

5. Ingentem gratiam memoriae apud barbaras gentes collocare, sein Andenken bei den wilden Völkern in einen ungemeinen Werth bringen.

6. Civiles artes, die mechanischen Künste.

7. Affectator iusti amoris, er suchte sich die wohlverdiente Liebe zu erwerben, d. i. iustum amorem adfectabat — Docilitas, Sanftmuth.

8. Dubius, zweideutig.

9. D. i. nullam occasionem.

10. Praestare aliquem clariorem, Jemanden angesehenere machen.

Cap. 8.

Inhalt.

Einrichtungen desselben. Sein Tod.

Multas leges rogavit ¹, quasdam ex bono et aequo ², plerasque superfluas, nonnullas severas. Primusque urbem nominis sui ³ ad tantum fastigium evehere molitus

1. Rogare leges, Gesetze machen, d. i. geben, in Vorschlag bringen.

2. D. i. bonas et aequas, nach Recht und Billigkeit.

3. Urbem nominis sui, neml. Constantinopel.

est, ut Romae aemulam ⁴ faceret. Bellum adversus Parthos moliens, qui iam Mesopotamiam fatigabant ⁵; uno et trigesimo anno imperii, aetatis sexto et sexagesimo, Nicomediae in villa publica obiit ⁶. Denuntiata mors eius etiam per crinitam stellam ⁷, quae inusitatae magnitudinis aliquamdiu fulsit: eam Graeci κομήτιον vocant: atque inter divos meruit referri.

4. Aemula Romae, eine Nebenbuhlerin Roms.

5. Fatigare, beunruhigen,

6. Villa publica, ein öffentliches Landhaus.

7. Denunciare mortem, den Tod vorher verkünden. — Stella crinita, ein Haarstern.

Cap. 9.

Inhalt.

Seine Söhne Constantius und Constans regieren.

Successores filios tres reliquit, atque unum fratris filium. ¹. Verum Dalmatius Caesar prosperrima indole, neque patruo absimilis ², haud multo post oppressus est factione militari, et Constantio ³, patruae suo, sinente potius, quam iubente. ⁴. Constantinum porro, fratri bellum inferentem, et apud Aquileiam inconsultius proelium aggressum ⁵, Constantis duces interemerunt. ⁶.

1. Der Bruder hieß Hannibalius und dessen Sohn Dalmatius.

2. Patruo non absimilis, dem Oheim nicht unähnlich.

3. So hieß der eine Sohn Konstantins; die beyden andern hießen Constantin und Constans.

4. Sinente potius, quam iubente, mehr durch Zulassung als auf Befehl.

5. Qui adgrediebatur proelium, der sich in ein Treffen einließ. — Ist auch etwas sonderbar gesagt.

6. Dieß geschah im J. Chr. 340.

Ita respublica ad duos Augustos redacta. 7. Constantis imperium strenuum⁸ aliquamdiu et iustum fuit; mox quum et valetudine inprospera et amicis pravioribus uteretur⁹, ad gravia vitia conversus¹⁰, quum intolerabilis provincialibus, militibus iniucundus esset, factione Magnentii occisus est. 11. Obiit haud longe ab Hispaniis in castro, cui Helenae nomen est¹², anno imperii decimo septimo, aetatis trigesimo: rebus tamen plurimis strenue in militia gestis, exercituique per omne vitae tempus sine gravi crudelitate terribilis.

7. Est. Der Staat kam auf 2 Kaiser.

8. Strenuum imperium, eine brave Regierung.

9. Amicis pravioribus uti, schlechte Freunde haben.

10. Ad gravia vitia converti, sich zu großen Lastern verleiten lassen.

11. Dieses war im Febr. 350.

12. Setzt Elna in Roussillon, unweit dem Pyrenäischen Gebirge.

Cap. 10.

Inhalt.

Schicksale des Constantius.

Diversa Constantii fortuna fuit. A Persis enim multa et gravia perpessus¹, saepe captis oppidis, obsessis urbibus, caesis exercitibus²; nullumque ei contra Saporem prosperum proelium fuit³; nisi quod, apud Singaram⁴, haud dubiam victoriam ferocia militum amisit⁵,

1. Nämlich mala, Drangsale.

2. Indem.

3. Er hatte.

4. Diese Stadt lag in Mesopotamien am Tigris.

5. Ferocia militum haud dubiam victoriam amittere, durch die Unbändigkeit der Soldaten einen unzweifelhaften Sieg verlieren.

qui pugnam seditiose et stolide, contra rationem belli, die iam praecipiti ⁶; poposcerunt. Post Constantis necem, Magnentio Italiam, Africam, Gallias obtinente, etiam Illyricum res novas habuit ⁷, Vetraniōne ad imperium consensu militum electo; quem grandaevum iam, et cunctis amabilem diuturnitate et felicitate militiae ⁸, ad tuendum Illyricum, principem creaverunt; virum probum et morum veterum, ac iucundae civilitatis ⁹, sed omnium liberalium artium expertem adeo, ut ne elementa quidem prima litterarum, nisi grandaevus et iam imperator, acceperit. ¹⁰.

6. Dies praiceps, der sinkende Tag.
7. D. i. Illyricum magnum, welches auch Hungarn und andre Länder begriff. — Res novas habere, Unruhen erfahren.
8. Militia, die Kriegsdienste.
9. Iucundae civilitatis, von angenehmen Umgange.
10. Elementa litterarum accipere, die Anfangsgründe der Wissenschaften erlernen.

Cap. 11.

Inhalt.

Er dämpft die entstandenen Unruhen.

Sed a Constantio, qui ad ultionem fraternae necis bellum civile commoverat, abrogatum est Vetraniōni imperium ¹; qui novo inusitatoque more ², consensu militum, deponere insigne compulsus est. Romae quoque tumultus fuit, Nepotiano, Constantini sororis filio, per

1. Abrogare alicui imperium, Jemand von der Regierung absetzen.
2. Novo more, Constantius gab ihm nemlich die Stadt Neusa (jest Issnich) in Bithynien zu seinem Aufenthalt, und behandelte ihn dort mit wirklicher Freundschaft.

gladiatoriam manum ³ imperium invadente; qui saevius exordiis ⁴, dignum exitum nactus est. Vigesimo enim atque octavo die a Magnentianis ducibus oppressus, poenas dedit; caputque eius pilo ⁵ per urbem circumlatum est; gravissimaeque proscriptiones et nobilium caedes fuerunt.

3. Manus gladiatoria, ein Haufen Kämpfer.

4. Saevum exordium, ein mit Grausamkeit begleiteter Anfang.

5. Pilon, der Wurfspeer.

Cap. 12.

Inhalt.

Magnentius wird besiegt und entleibt sich zuletzt.

Non multo post Magnentius apud Mursam profligatus acie est, ac paene captus. Ingentes Romani imperii vires ea dimicatione consumtae sunt ¹, ad quaelibet bella externa idoneae, quae multum triumphorum possent securitatisque conferre. Orienti mox a Constantio Caesar est datus; patruus filius Gallus: Magnentiusque diversis prociis victus, vim vitae suae apud Lugdunum attulit ², imperii anno tertio, mense septimo: frater quoque eius Senonis ³, quem ad tuendas Gallias Caesarem miserat.

1. Ingentes vires imperii consumere, ungeheure Kräfte des Reiches daran wenden.

2. Vim vitae suae afferre, sich selbst das Leben nehmen. — Im J. Chr. 353.

3. Senonae, arum, die jetzige Stadt Sens in Frankreich.

Cap. 13.

I n h a l t.

Constantius läßt den Reichsgehilfen Gallus tödten.

Per haec tempora etiam a Constantio, multis incivilibus gestis ¹, Gallus Caesar occissus est, vir natura ferus, et ad tyrannidem pronior, si suo iure imperare licuisset. Silvanus quoque, in Gallia res novas molitus ², ante diem trigesimum exstinctus est, solusque imperio Romano ³ eo tempore Constantius princeps et Augustus fuit.

1. Nachdem er viele Grausamkeiten verübt hatte.
2. Res novas moliri, Unruhen erregen wollen.
3. D. i. in Romano imperio.

Cap. 14.

I n h a l t.

Sulianus wird zum Cäsar ernannt, und ist in Gallien glücklich.

Mox Iulianum Caesarem ad Gallias misit, patrualem suam, Galli fratrem, tradita ei in matrimonium sorore; quum multa oppida barbari expugnassent, alia obsiderent, ubique foeda vastitas esset ¹, Romanumque imperium non dubia iam calamitate nutaret ²: a quo modicis copiis apud Argentoratum ³, Galliae urbem, ingentes Alamannorum copiae exstinctae sunt, rex nobilissimus

1. Ubique foeda vastitas est, überall sind schreckliche Verwüstungen angerichtet. Unter den Barbaren sind die Deutschen zu verstehen.
2. Und die römische Herrschaft sich dem ungezweifelten Umsturze näherte. Nutare, eigentlich wanken.
3. Das heutige Straßburg.

captus, Galliae restitutae. 4. Multa postea per eundem Iulianum egregie adversum barbaros gesta sunt; submotique ⁵ ultra Rhenum Germani, et finibus suis Romanum imperium restitutum.

4. Restituere, hier: wieder erobern; am Ende: wieder geben.
5. Submovere ultra Rhenum, über den Rhein zurück treiben.

Cap. 15.

I n h a l t.

Constantius stirbt. Sein Charakter.

Neque multo post, quum Germaniciani ¹ exercitus a Galliarum praesidio tollerentur ², consensu militum Iulianus factus Augustus est, interiectoque anno ³, ad Illyricum obtinendum profectus, Constantio Parthicis bellis occupato; qui, rebus cognitis, ad bellum civile conversus ⁴, in itinere obiit inter Ciliciam Cappadociamque, anno imperii octavo et trigesimo, aetatis quinto et quadragesimo ⁵, meruitque inter divos referri: vir egregiae tranquillitatis ⁶, placidus, nimis amicis et familiaribus ⁷ credens; mox etiam uxoribus deditior ⁸;

1. Germaniciani, (ein neues Wort) statt germanici exercitus, die Germanischen Truppen.
2. Von den Völkern, mit denen man Gallien deckte, zu Grunde gerichtet wurden.
3. Interiecto anno, nach Verlauf eines Jahrs.
4. Ad bellum civile se convertere, sich gegen den einheimischen Feind wenden.
5. Im J. Chr. 361.
6. Vir egregiae tranquillitatis, ein Mann von ausnehmender Gelassenheit.
7. Familiaris, ein Vertrauter.
8. Uxoribus deditior, zu nachgebend gegen die Weiber.

qui tamen primis imperii annis ingenti se modestia egerit⁹; familiarium etiam locupletator; neque inhonoros sinens, quorum laboriosa expertus fuisset officia¹⁰; ad severitatem tamen propensior, si suspicio imperii moveretur¹¹, mitis alias, et cujus in civilibus magis, quam in externis bellis, sit laudana fortuna.¹²

9. Ingenti modestia se agere, sich mit ungemeiner Mäßigung benehmen.
10. Qui neque eos inhonoros (d. i. inhonoratos) sinebat, quorum officia laboriosa expertus fuisset. — Aliquem non inhonoros sinere, Jemanden nicht ohne Ehrenstellen lassen. (Eos maxime honorare wäre ein besserer Ausdruck gewesen.) — Officia laboriosa, mühsame Dienste.
11. Wenn der Verdacht rege wurde, daß Jemand nach dem Reiche strebe.
12. D. i. Et cuius fortuna magis in civilibus quam in externis bellis laudari debeat.

Cap. 16.

Inhalt.

Julians Krieg gegen die Perser und Tod.

Hinc Iulianus rerum potitus est, ingentique apparatu¹ Parthis intulit bellum, cui expeditioni ego quoque interfui. 2. Aliquot oppida et castella Persarum in deditionem accepit, vel vi expugnavit; Assyriamque populatus³, castra apud Ctesiphontem stativa⁴ aliquamdiu habuit, remeansque victor, dum se inconsultius proelii inserit⁵, hostili manu interfectus est, VI. kalend.

1. Ingenti apparatu, nach sehr großen Zurüstungen.
2. Expeditioni interesse, dem Feldzuge beywohnen.
3. Populati, verheeren.
4. Stativa, das Standquartier.
5. Inconsultius se proelii inserere, sich unbehutsam in Gefechte einlassen.

Iulias ⁶, imperii anno septimo, aetatis altero et trigesimo, atque inter divos relatus est. Vir egregius et rempublicam insigniter moderaturus ⁷, si per fata ⁸ licuisset: liberalibus disciplinis apprime eruditus ⁹: Graecis doctior, atque adeo, ut Latina eruditio nequaquam cum Graeca scientia conveniret ¹⁰: facundia ingenti et prompta ¹¹, memoriae tenacissimae ¹²: in quibusdam ¹³ philosopho propior: in amicos liberalis, sed minus diligens ¹⁴, quam tantum principem decuit; fuerunt enim nonnulli, qui vulnera gloriae eius inferrent. ¹⁵. In provinciales iustissimus, et tributorum, quatenus fieri posset, repressor ¹⁶: civilis in cunctos: mediocrem habens aerarii curam: gloriae avidus ac per eam animi plerumque immodici ¹⁷: religionis Christianae infecta-

6. Den 26. Junius. (Im J. Chr. 363.)

7. Moderari republ. und reipubl. den Staat regieren.

8. Fata, oder fatum, das Verhängniß.

9. Apprime eruditus, sehr bewandert.

10. Convenire, gleich kommen.

11. Facundia ingenti et prompta, von einer ungemeinen und fertigen Beredsamkeit.

12. Memoria tenacissima, das stärkste Gedächtniß.

13. Nemlich rebus; in einigen Stücken.

14. In der Auswahl derselben nicht so sorgfältig; — (dieses bedeutet nemlich diligere; denn lieben ist erst die abgeleitete Bedeutung, welche aus dem Begriffe sorgfältig auswählen folgt. Was ich von andern ausgewählt habe, das schätze und liebe ich dann auch.

15. Vulnera gloriae eius inferre, seinem Ruhme Flecken anhängen; Wunden beibringen.

16. Tributorum repressor; d. i. qui tributa reprimebat, die Abgaben erleichtern, mildern.

17. Animi immodici esse, unmäßigen Stolz besitzen, ausschweifend hochmüthig seyn.

tor 1⁸, perinde tamen, ut cruore abstineret. 19. Marco Antonio non absimilis, quem etiam aemulari studebat. 20.

18. Er war ein Verfolger der christlichen Religion. — Aus diesen Worten schließen Einige, daß auch Eutrop ein Christ gewesen sey; allein diese Meinung wird durch den Umstand entkräftet, daß er von all den vorhergegangenen, äußerst grausamen Christen: Verfolgungen kein Wort erwähnt, was doch allerdings angeführt zu werden verdient hätte.
19. Er vergoß allerdings viel Christenblut, aber unter einem andern Vorwande.
20. Aemulari aliquem, sich Jemand zum Muster wählen. Jemanden nachheifern.

Cap. 17.

Inhalt.

Sovianus macht mit den Persern einen schimpflichen Frieden und stirbt.

Posthunc Iovianus, qui tunc domesticus militabat¹, ad obtinendum imperium consensu exercitus lectus est² commendatione³ patris, quam sua, militibus notior. Qui, iam turbatis rebus⁴, exercitu quoque inopia laborante, uno a Persis atque altero proelio victus pacem cum Sapore, necessariam quidem, sed ignobilem⁵ fecit: multatus finibus⁶; ac nonnulla imperii Romani parte tradita⁷; quod ante eum annis mille centum et duobus de viginti fere, ex quo Romanum imperium conditum

1. Domesticus militare, unter der Leibwache dienen.
2. Von lego, erwählen.
3. Commendatione durch die Verdienste. — Sein Vater war Varonianus.
4. Jam turbatis rebus, bei der damals verwirrten Lage.
5. Ignobilis pax, ein schimpflicher Frieden.
6. Finibus aliquem multare, einem die Gränzländer abnehmen.
7. Er opferte die 5 Provinzen jenseits des Tigris, und die festen Städte Nisibis und Singara auf; ohne sich an das allgemeine Mißvergnügen zu kehren.

erat, nunquam accidit. Quin etiam legiones nostrae ita et apud Caudium, per Pontium Telesinum, et in Hispania apud Numantiam, et in Numidia sub iugum missae sunt, ut nihil tamen finium traderetur. ⁸ Ea pacis conditio non penitus reprehendenda foret ⁹, si foederis necessitatem, quum integrum fuit, mutare voluisset ¹⁰, sicut a Romanis, omnibus his bellis, quae commemoravi, factum est. Nam et Samnitibus, et Numantinis, et Numidis confestim bella illata sunt, neque pax rata fuit. ¹¹ Sed dum aemulum imperii veretur, intra Orientem residens ¹², gloriae parum consuluit. ¹³ Itaque iter ingressus, atque Illyricum petens ¹⁴, in Galatiae finibus repentina morte obiit: vir alias neque iners, neque imprudens.

8. Nihil finium tradere, kein Land abtreten.

9. Pacis conditionem reprehendere, den Friedens Vertrag tadeln.

10. Wenn er diesen aus Noth gemachten Frieden wieder hätte aufheben wollen. — Cum integrum fuit, da es ohne Gefahr hätte geschehen können.

11. Pax non rata fuit, der Frieden wurde für ungültig erklärt.

12. Si intra Orientem resideret, wenn er länger im Orient bliebe.

13. Gloriae parum consulere, für den Ruhm wenig sorgen.

14. Itaque quum iter ingressus esset, et Illyricum peteret. — obiit. — Iter ingredi, die Reise antreten.

Cap. 18.

Inhalt.

Verschiedene Ursachen seines Todes.

Multi exanimatum opinantur nimia cruditate ¹; intercoenandum enim epulis indulserat ²: alii odore cubicu-

1. Multi opinantur, quod exanimatus sit. — Exanimari sterben. Nimia cruditas, Überladung des Magens; v. crudus, roh, daher cruditas, das Unvermögen die Speisen zu verdauen.

2. Epulis indulgere, viele Speisen zu sich nehmen.

li ³, quod ex recenti tectorio calcis ⁴ grave quiescentibus erat ⁵; quidam nimietate ⁶ prunarum, quas gravi frigore adoleri ⁷ multas iusserat. Decessit imperii mense septimo, quarto decimo Kalend. Martias ⁸; aetatis, ut, qui plurimum ac minimum tradunt ⁹, tertio et trigesimo anno, ac benignitate principum, qui ei successerunt, inter divos relatus est. Nam et civilitati propior ¹⁰, et natura admodum liberalis fuit. Is status erat Romanae rei, Ioviano eodem et Varroniano Coss. ¹¹ anno urbis conditae millesimo centesimo et nono decimo. Quia autem ad inclitos principes venerandosque perventum est ¹², interim operi modum dabimus. ¹³ Nam reliqua stilo maiore dicenda sunt ¹⁴; quae nunc non tam praetermittimus, quam ad maiorem scribendi diligentiam reservamus. ¹⁵

3. Nämlich exanimatum opinantur. — Odor cubiculi, die Ausdünstungen des Schlafgemachs.
4. Ex recenti tectorio calcis, wegen der frischen Übertünchung des Kalkes.
5. Hoc grave est quiescentibus, das ist für die Schlafenden gefährlich.
6. Nimietas (kein gutes Wort) prunarum, die Menge der Kohlen.
7. Adolere, anbrennen, anzünden.
8. Den 16. Februar.
9. Um eine Mittelzahl zwischen denen, die zu viel und zu wenig angeben, festzusetzen.
10. Propior civilitati, zur Leutseligkeit geneigt. Ein solcher Comparativus sagt im Latein nie so viel, als der absolute Positivus, wie in den letztern Büchern des Eutrop häufige Beispiele davon vorkommen. Es will immer damit angedeutet werden: geneigter, als man hätte erwarten sollen; mehr als es Recht war u. s. w.
11. Ungeachtet der Regierung der Kaiser wurden die Consuln doch beibehalten, und die Jahre nach ihnen benannt; ja die meiste Zeit bekleideten die Kaiser selbst das Consulat.
12. Nämlich Valentinianus und Valens, die zugleich regierten, und unter denen Eutrop dieses Werk fertigete.
13. Operi modum dare, das Werk enden.
14. Maiore stilo dicere, in einer erhabneren Schreibart vortragen.
15. Ad maiorem scribendi diligentiam reservare, zu einer sorgfältigeren Ausarbeitung versparen. — Dieses Versprechen hat Eutrop nicht erfüllt.